



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Sponsalia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

\*Non Ecclesiasticis } c. Ecclesia, de sortibus  
vide Azor.l.c.

2 In necessitate licet Dei auxilium per sortem reuerenter implorare.

\*Vide Fum.l.c.nu.2. Azor.l.c. & D.Thom.

*Sponsalia, vide Iuramentum, Matrimonium, Pœna.*

1 **A** Etas ad sponsalia septem anni in utroque ferè completi (alioqui non oritur impedimentum publicæ honestatis) nisi antea adesset eis vsus rationis: etsi quidam negent id sufficere. Antea verò celebrata, conualescunt postea tacito consensu. Quòd si maior septennio contrahat cum minori septennio, tenetur non quidem vi sponsaliū, sed promissionis.

Sponsalia secunda, etiam iurata, non valent, si prima non sunt legitimè dissoluta.

Qui sponsalia iurarunt, solent ab Episcopis cogi ad contrahendum: imò qui solum promiserunt, & meritò: tenentur enim sub peccato mortali.

Spōsalia nō fiunt sola promissione sponsaliū, nisi aliud sit in intentione, aut cōsuetudine; nec ante aduentum positæ conditionis.

Ad sponsalia requiritur vtriusque promissio, nec sufficit alterū acceptare alterius promissionem, nisi intendat etiam se obligare.

Dicere, Contrahā tecū, si Papa dispensauerit,

rit, nec facit sponsalia, nec obligationē post dispensationem contrahendi; *secundum Innoc. Io. And. Hoff. & alios communiter, c. super eod. de cond. appof. Adrian. q. 19. de matrim. oppositum sustinet. Sot. in 4. d. 29. q. 2. art. 1. priorem sententiam probabiliorem existimat.*

Sponsalia cum hæretico nulla sunt: cum infideli verò, cum conditione, vt conuertatur, tenent postea conditione.

Dicere, Non aliam dicam quàm te, non facit sponsalia: tenetur tamen ducere, si sic decipiens violauit virginem.

Sponsalia facta à parentibus pro filiis, non valent, nisi hi ratificent.

Quidam mortale putant desponsari clandestinè quod ego non ausim affirmare.

Quidam putant sponsalia metu inuvalidante matrimonium iurata, valida esse: ego non puto.

Arrha data in sponsalibus, soluto matrimonio reddenda ei qui dedit.

Sponsalia soluuntur: primò, vtriusq; cōsensu, etiam si fuissent iurata. Quòd si ante septennium cōtracta, in septennio possunt dissentire.

\* De sponsalibus *Couarr. Epit. p. 1. à c. 2. Nauar. c. 22. à. nu. 25. Sot. 4. d. 27. q. 2. Val. t. 4. dist. 10. q. Sanchez fusissimè toto lib. 1. Alex. Carrer. integro volumine.*

\* Aetas } *Couarr. c. 6. §. 2. p. 2. nu. 1. & p. 1. c. 2. Val. p. 3. Sanchez d. 16. l. c.*

Alioquin } *c. literas. de despo. impub. Sot. q. art. 2. l. c.* Nisi

Nisi antea *Sanchez l. nu. 9. & 16.*

Antea verò *Sanchez l. c. si tamen yterque*  
 sciat sponsaliorum nullitatem.

Sponsalia secunda *Syl. V. Sponsalia nu. 10.*

Sub mortali *Sanchez d. 27. Val. l. c. Coua. p. 1.*  
*t. 4. l. c. Pet. à Sot. lect. 18. de matrim.*

Sponsalia fiunt *vers Sanchez d. 1. & 3.*

Ad sponsalia *vers Sanchez d. 1. & 5.*

Nec sufficit *vers Sanchez d. 3 nu. 12.*

Dicere: Non aliam *Nauar. l. c. nu. 27. Conar.*  
*l. c. c. 4. §. 1. nu. 7. Val. l. c. p. 1. in fine.*

Arrha *Vide Syl. l. c. n. 9. De arrhis multa San-*  
*chez d. 35. 36. 37. Cou. 4. p. 2. c. 5. §. 7.*

Sponsalia soluuntur. *Quando soluantur*  
*spōsalia Nau. l. c. Coua. l. c. c. 5. Val. l. c. p. 5. Sot. l. c.*  
*§. ar. Vial. de spons. n. 30. Syl. l. c. n. 10. P. à Sot. l. c.*

Quod si ante *Vide c. litter. is. de desponsal.*  
*impube.*

2 Alterius ingressu in Religionem, vel ordi-  
 natione in sacris, etiamsi fuissent iurata: nec  
 soluitur tunc pœna arrharum.

\* *Nau. l. c. nu. 26. Val. l. c. Syl. l. c. nu. 10. Sanchez*  
*l. 1. d. 42.*

Ordinatione *Sanchez d. 47.*

3 Altero contrahente matrimonium, vel ab-  
 sente, & non redeunte tempore à Iudice præ-  
 fixo, etiamsi fuissent iurata. Item si sine spon-  
 sæ licentia recessit, & non speratur citò redi-  
 turus. Potest & Iudex ob periculum inconti-  
 nentiæ dare licentiam contrahendi: nec in-

curritur poena arrharum, cum contrahitur auctoritate Superioris. *Nauar. l. c. vide Sanchez d. 54.*

Vel absente? *Val. l. c. Syl. l. c. nu. 10.*

Potest & Iudex? *Syl. l. c.*

4 Si fama est, quod sit impedimentum Canonicum inter eos,

5 Si alter ad pubertatem veniens, dissentiat. Quod si iurauerit, potest petere absolutionem à iuramento statim in pubertate.

\* *Vide Val. l. c. causa 5. Sanchez d. 51.*

6 Si, cum essent facta cum conditione contrahendi certo tempore, alter fidem violauit.

\* *Syl. l. c. Carrer. lib. 1. de spons. 15.*

7 Altero incidente in paralyfim, aut morbum contagiosum, aut hæresim, aut fornicationem, etiam per vim, aut grandem deformitatem: talia enim intelliguntur excepta generali obligatione contrahendi.

\* *Vide c. litteras. extra de coniugio leproforum, Val. l. c. Syl. l. c. n. 10. P. à Scul. c. Sanchez d. 57.*

8 Si alter fecerat votum castitatis antè sponsalia etiam iurata, aut postea, Religionis, aut Ordinis sacri suscipiendi, aut castitatis. Quidam tamen negant post sponsalia, etiam nō iurata, valere votum castitatis, nec posse talē ordinari: imò si sponsam violauit, non posse ingredi Religionem quod vltimum mihi probatur, si non potest aliter satisfacere: priora duo, nequaquam; tamen liberatus est obligatione

gatione, quia alter vouendo recessit.

\* Vide *Val. l. c. p. 3. Nauar. l. c. nu. 27. Syl. vers.*

*Sponsalia nu. 7. Sanchez d. 46.*

Castitatis } vide Sanchez l. c.

Ordinis } *Nau. c. 22. n. 25. contra alij. Sanchez*

d. 47.

9 Superueniente inter eos capitali inimicitia.

\* *Val. l. c. p. 5. ex. c. Requisiuit. de sponsa. Sanchez*

d. 58.

10 Non impleta promissione, aut conditione honesta, & possibili, aut amissa dote expectata.

\* *Ex c. De illis, extra de cond. appof. Val. Na. l. c.*

11 Comperto postea alterum esse aspero ingenio.

\* *Ex cap. Dilectus. sponsal. Val. l. c. Sanchez*

d. 58.

12 Succedente aliquo, quòd si præcessisset, non fuissent contracta.

In prædictis, si causa est manifesta, aut sponsalia clandestina, non requiritur auctoritas Iudicis. \* *Syl. l. c. num. 10.*

In prædictis } *Nau. l. c. num. 28. Val. c. in fine.*  
Vide *Syl. l. c. num. 11. Sanchez d. 69.*

Sponsalia non sunt de essentia matrimonij: matrimonium enim statim per verba de presenti fieri posset. Possent fieri per procuratores, & per litteras: imò luuenum parentes soli possunt ea concludere. *Sot. l. c. art. 1. col. 4.*

Clandestina sponsalia valida sunt: sed non transeunt in matrimonium per copulã cum affectu maritali. *Ledes. 45. artic. 5. dub. 4. Ex Congr. Conc. ad Episc. Tornac.*

Matrimonium clandestinum non habet vim sponsaliorum, nisi contrahentes voluerint se obligare eo modo, quo poterant. *Ledes. l. c. dub. 5. Vide Val. de hac re l. c. p. 1.*

*Stabularius, vide Culpa.*

1 **S**tabularius potest cogi per Iudicem ad recipiendum hospitem.

2 Tenetur pro damno dato in rebus à suo famulo, non autem pro vulnere.

3 Tenetur pro deposito perduto etiam culpa leuissima, secundum quosdam; at secundum alios solum de leui. Vide CVLPA. Idemque censendum de Nauclero, & Caupone. Depositem autem censetur, quod in eius, vel domesticorum ad id deputatorum presentia ponitur. Qui verò deposuit rē clausam, promittit, quid fuerit intus, nec stabitur eius iuramento. Quòd si recepit hospitio sine mercede, solum tenetur de dolo, & lata culpa; & si dedit clauem cubiculi, non tenetur.

\* Tenetur. *Vide Lopez p. 51. cap. 97. Nauar. cap. 17. n. 17. Molin. dist. 527.*

*Statutum vide Lex,*

*Stuprum.*

\* Addit. *Stuprum. Mulierē integram deflorare*